

jutorum, quibus naturaliter ad summum eorumdem gradum reduci poterunt. Et hæc gradatio recta veraque Alchimia, & præter illam nulla est alia. Hodie norum sophistarum ars pseudo-chimica in mera pecuniæ & temporis jactura consistit.

*Vobis p[ro]pt[er] 254*

Neque, præterea cogites, ut fundamentalem aliquem intellectum ex Philosophorum sententiis comprehendere queas. Tales enim isti fuerunt, qui tibi externum saltim monstrant, & veram internamque essentiam occultant. Immo tibi furfur porrigunt, & de pura farina panes sibi pinsunt, quid nunc crasso de furfure facere possis, tuum est videre. Idem cum ipsorum sententiis comparatum est, & tibi vias præmonstrant, quas tamen ipsimet fugiunt. Quapropter iterum tibi consulo, ut à perniciosissimo isto fundamento tempestue satis abstineas, alias pharmacopolas locupletabis, teque tuosque in extremam præcipitabis inopiam: immo per venenosos tuos nigros vapores sulphuris argentique viui, & fætorem Marcasitarum, Saliorumque, circa quæ occupatus, periculosos morbos tibi ipsi procurabis: omneis namque istiusmodi res veræ arti è diametro aduersantur.

Summe, porro, mirandum est, quod omneis tam alti diuini doni indagatores illi ingentes ejus rei caussa labores subeant, & nihilominus tamen adeo indurati permaneant, atque in furiosa ista stultitia, cum tamen ipso facto videant quod conihil possint efficere, tam pertinaciter perseverent. Quid enim, obsecro, tot hominum millia, qui se sublim. Solu. Coagul. Putrefact. Amalg. Circulant opere excruciarunt, effecerunt? Quid, quæso, cum aquis